

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

5. Libidinem non esse malam varijs argumentis astruunt & Scripturas solvunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

Libidinem non esse malam varijs argumentis
astruunt & Scripturas solvunt.

CAPUT QVINTVM.

VT igitur morbidam istam humani animi simul & carnis affectionem quæ permixto utriusque appetitu concitatur, in tuto ab omni argumentorum impugnatione collocarent, ante

a Lib. 6. cont.
Jul. c. 18.
b Lib. 3. cont.
Jul. c. ult.
c libidem

vel quoquo modo vitiatam. a Concupiscentia, inquit Julianus, mala qualitas non est: Et alibi: b Non esse in natura malum defendimus, & rursum: c Non est in carne mali necessitas. Malitiam vero ab ea omnem removebant multis argumentis.

Vide lib. 6. cont. Jul. c. 6. & alibi post sim

Primum quidem, quod ille esset error Manichei, qui duas statuens in uno homine permixtas esse naturas bonam & malam, carnis concupiscentiam non tanquam accidens vitium, sed tanquam malum naturale culpabat, hinc gravem invidiam concitabat Augustino Julianus, quod naturale sine origine defenderet.

Lib. 2. de nupt. c. 29.

Perfecte, inquit, Manichaeus est quoniam originale defendit. Quia criminatio non tantum ex peccati originalis defensione sed etiam lib. dinis vituperatione nacebatur. Unde alibi Augustinus: Non sicut infimulas cum Manicheis dicunt, Catholici, messe carni sua mali necessitatem quod mali mili, & tantum & Deo coeterum esse mentitur; sed dicunt sane cum Apostolo: Video altare legem in membris meis repugnantem legi mentis mea.

Secundò, quod Deus eam ut magnum donum Abraham & Saræ contulisset: Certè (ait Julianus) hanc concupiscentiam, sine qua nulla fecunditas, malum naturale definisi, unde ergo per dominum caeleste in sensibus excitatur? Astrue iam hoc si potes ad opus diabolis pertinere, quod Deum videtis conferre pro munere. Et rursum quod eam supplicio ultraxisset Abimelech, placatusque reddidisset: Vide ergo, utrum naturale malum dici debet quod interdum assert exasperatus Deus, reditique placatus.

Lib. 6. cont.
Jul. c. 15.

Tertio, quia carnem suam nullus odit, nihil

igitur in ea mali quod odiū mereatur.

Quartò, si posset caliginosus, hoc est, concupiscentia carnis malum esse naturale extirpandus erat non componendus, hoc est, non frangendus tantum & ad modum adigendus, sed penitus vi mentis e corpore auferendus erat. Quia, inquit, nihil ad innocentiam promovet modestia (hoc est, moderation) rei per ipsum genus nocent.

Ibid. c. 16. Quintò, si malum esset concupiscentia, carerent ea qui baptizantur, ita Julianus. Baptizati enim,

Ibid. c. 14. inquietant, sunt templum Dei, in quo non tantum nihil potest esse mali, sed nec aliquid quod mortificetur: vel si aliquid in baptizatis supererit mali, sequitur sane, quod absurdissimum est, non innovari homini per baptismum, sed quasi innovari; non liberari, sed quasi liberari; non salvare, sed quasi salvare: juxta Epicurum qui negavit esse corpus Deorum, sed tanquam corpus,

A nec sanguinem, sed tanquam sanguinem. Imò Ba- Lib. 1. ad ptisma non dare omnium indulgentiam peccatorum, Bonif. c. 12. nec auferre crimina sed radere, ut omnium peccatorum radices in mala carne reneantur quasi raforum in capite capillorum, unde crescant uerum rescauda peccata. Prater quam absurditatem, alia gravissima incommoda si mala esset libido lequi conqueruntur, videlicet

Sextò, per se unum creatum esse unde homines na- Lib. 3. cont. scerentur, per diabolum autem unde parentes commo- lib. c. 26. & vereantur ad concubitum scilicet. Hoc est quod lib. 2. de nupt. alibi dicit motum genitalium à diabolo esse re- c. 34. Lib. 1. ad pertum.

Septimo, commixtionem coniugum à diabolo 2. cont. Iul. fasce repertam. Ideoque ante peccatum nullum fu- operis imper- turum fasce concubitum. fol. 432.

Octavò. aliud de quam unde totum est. esse geni- Lib. 1. ad taliter corporis partem, hoc est, non ex Deo sed Bonif. c. 15. & 5. cont. Iul. ex diabolo.

B Denique irrefragabili vinculo putabant se. Indicat lib. 4 qui nuptias esse damnandas ac diabolo auctore cont. Iul. c. institutas. Julianus, si non sunt nuptiae sine libi- 10. & 12. Lib. 6. cont. dine, & generaliter a vobis libido damnatur, damnatio & nuptias. Quas posteriores absurditates lib. 4. cont. maximeque postremam ita inferebant sequi Iul. c. 10. ut eas etiam ab Augustino & Catholicis alteri confirmarent. Hinc enim illæ nata in Augu- stinum calumnia: Baptisma non vere homines novos facere afferent, id est, non plenam dare re- missione peccatorum, sed ex parte filii Desierit, & lib. 12. 13 ex parte autem filios facili, id est diaboli remanere contendunt. Et alibi: Illa nuptie que sine concu- Iul. lib. 2. de pscientia sine motu corporum, sine necessitate sexuum, nupt. c. 31. uidus esse potuerunt, à te prouintiantur laudabiles. Illa vero conjugia que nunc aguntur à diabolo definita inventa & profiteris mala diabolica, morbum postrimo debere non conjugum nupcias. Hinc item illa quod diabolo conjugia transcriberet, quod Iul. lib. 6. eum genitalium committacter et artificem quod ex apud Aug- citatore virorum affereret. Contra qua opinio- cont. Iul. 8.

C num quasi portenta Catholicarum sic Julianus definiebat: Fugienda opinio est qua putat vel in Iul. 4. cont. membris hominum vel in sensibus membrorum aliquid Iul. c. ult. diabolum condidisse. Quod vero Augustino ex- probrat nuptias ab eo morbum non conjugium esse nupcias, inde natum est, quod Augustinus illo loco Apostolico non in merbo, ut ipse legit, desiderij, contra libidinem uteretur. Lib. de nupt.

Concupiscentiam enim sine libidinem non esse c. 8. humani animi morbum neque pecuniam, omnibus disputandi viribus contendebat, cum tamén nuptiarum remedium, ei provisum esse fateretur: laudat, pudicitia conjugalis, talire Lib. 3. cont. medio non egentes. Per morbum itaque apud 21. Apostolum, peccatum fornicationis intellige- Lib. 4. cont. bat: Non libidinem, quia, inquit, non potest Iul. c. 10. & dici morbus, sine quo non est connubium, quia potest lib. 5. c. 9. esse

Int. lib. i. esse commibum præter peccatum, morbus autem pec-
catum dicitur. Et alibi: In saeculo in carnem bio-
operi imperf. & in omnium honestorum nul'us omnino morbus est,
apud Aug. quia nec Apostolus mor' um pro remedio concessit, cum
cont. Iul. per reverentiam nuptiatum à morbo formicatione fe-
tis. 90.

A clie homines muniebat humiliter ab alio Ioannis
Apostoli loco, quo concipientia carnis non esse 1. Ioh. 2. 13.
à Patre dicitur, se Julianus expediebat. Lu- 4. cont. Iul.
xuriam enim significatam voluit non libidi- 13.
nem.

Admittunt malas consuetudines: eas esse legem in
membris; & caput septimum ad Romanos
pervertunt. Multasque calumnias in
Catholicos comminiscuntur.

CAPUT SEXTVM.

Se p. quia p. ceteris scripturis eos
stringebat & urebat opera illa dispu-
tatio qua confictum hominis contra
internos five animi five corporis con-
cupiscentiae luctantis motus depingit Aposto-
lus: ut cam evaderent dogmatum suorum ve-
stigis inhærendo unanimi consensu hoc fun-
damentum jecere Pelagiani alijs quoque erro-
ribus suis tuendis necessarium, nihil quidem
mali five peccati five vitiosæ concupiscentiae
ex parentibus trahi à nobis; veruntamen pec-
candi frequentatione malas consuetudines
contra quibus etiam renidente quodammodo
voluntate precipitemur in malum: has so-
las esse, quæ bene vivendi resistant voluntati,
neque vero ait Pelagius, alia nobis causa difficultatem
b. ne faciens facit quan longa consuetudo vi-
tior m. Item: emne illud tempus quo negligenter
edicti, id est, ad v. t. a cruditi sicut nunc nobis re-
sistit, contra quen venit & novim voluntatem im-
pugnat usus verus. Et infra dicit, vago peccandi
u. hom. nes quodammodo bonum natura obtrure. Et
In Comment. rursum alibi: Est voluntas sed non est effectum,
c. 7. ad Rom. quia carnalis consuetudo voluntatis resistit.

Hanc verò consuetudinem non solum benē
vivendo dicebant posse superari, sed etiam
credi volebant, baptismi Sacramento penitus
tolli, ita ut post baptismum nihil in carne su-
peresset quod contra spiritum niteretur. Vnde
Pelagius cum sibi objecisset: Sed caro secundum
C. grat. 22. Apostolum contraria est inquit, ita respondet: qui
fieri potest ut cuiuscumque baptisato sit caro contraria,
cum secundum eundem Apostolum in carne non esse
intelligatur? Ita enim ait: Vos autem in carne non
estis. Vbi omnem carnis resistantiam quam
Pelagiani in consuetudine solent agnoscere
vult per baptismum esse sublatam. Hinc enim
nata est & illa calumnia quam supra vidimus,
quod Catholici dicent, baptismate non plene
bonines innovari. Quo sensu & Julianus dixit:
Ille (Apostolus) in membris legem per flagitorum
usum Sancti consilii inter principia tamen emenda-
tionis rebellem consuetudinem malam vocabat, que ab
eruditis etiam sculi dici solet esse secunda natura.
Rebellionem enim consuetudinis non agnoscit
Julianus nisi inter principia emendationis ante
baptismum, quæ ut consuetudinis malo li-
beretur, divinam gratiam implorari decet.
Et clarius exprimens quid sibi vellent, Augu-

stinus: Sed ne forte, inquit, istam cælestem Lib. 3. 100.
existimes vocem lavacrum regenerationis adhuc spe- Int. c. 16.
rantis, post quod lavacrum nullam legem peccati-
fissionem legem mentis habuisse effet, recole &c. Et
alibi: Responde ergo cur sic ista faciat, qui omni Aug. lib.
malo in baptismate caruit? (scilicet secundum te.) cont. Iul. c. 23.
Cur audet lavacrum facere templum Dei? Quod ut
clarius caperemus quam vocem, inquit, Scio Ibid.
qua non habitat in carnem mea bonum; baptizatus esse
cur negas? Aperte enim Julianus dicebat: Ba. Lib. 6. 100.
ptizatus non haber aliquid quod mi tristet. Ex his Iul. c. 24.
igitur persuasissimi sibi principijs totum illud
caput septimum ad Romanos, ubi Apostolus
mortalitatis hujus ærumnas quas ex confictu
carnalium desideriorum, quibuscum nascimur,
Sanctissimi quique patiuntur & gemunt,
in haeticum suum sensum torquento per-
vertebant. Cùm enim viderent, ut Augusti-
nus notat, totam ibi hæresim suam qua nullum
in homine peccatum aut malum nasci statue-
bant. funditus subrui, non aliter ex Apostoli vocibus Lib. 2. cont.
exire conabantur nisi quanta possent contentione afferre. Int. c. 2.
verarent, non illuc ipsius Apostoli accipiendo esse c. 5. & lib.
personam sed adhuc sub lege nondum sub gratia positi
ad Bonis. c. 8. cuiuspiam Iudei, contra quem sua male conversationis
con. actudo pugnaret. Sensum Pelagianorum om-
nium luculentissime ipse Dux gregis Pelagius
expressit: Hoc quod tu de Apostolo intelligere cupis Lib. de grat.
omnes Ecclesiastici viri in peccatoris & sub lege adhuc Christi. 39.
positi afferunt eam dixisse persona, qui nimis virtutem
consuetudine velut quadam teneretur necessitate pec-
candi, & quamvis bonum appetere voluntate, usu
tamen precipitare in malum. In persona autem
unius homini designat populum sub vetere adhuc lege
peccantem, quem ab hoc consuetudini malo dicit liberandum
esse per Christum, qui credentibus sibi
primo omniaper baptismum peccata dimittit, deinde
imitatione sui ad perfectam incitat sanctitudinem, &
virtutem consuetudinem virtutum vincit exemplo.
Succinit preceptoris discipulus Julianus: Iu. - Iul. lib. 3.
daum sub lege positum describatur Apostolus. Et cont. Iul.
alibi: Exasperat Apostolus vim consuetudinis. Ita- c. 26.
que omnes illas Apostoli voces: Ego carnalis
sum venundatus sub peccato: non ego operor illud,
sed quod habitat in me peccatum. Scio quia non ha-
bitat in me, hoc est in carne mea bonum. Video aliam
legem in membris meis resistantem legi membris meis:
Et similes, sic accipiebant non quasi aliqua
peccandi coneupiscentia ex parentibus tracta
signifi-